

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1670**

Concl. III. Quasi materia Sacramenti Pœnitentiæ sunt actus pœnitentis  
Contritio quidem & Confessio partes quasi essentiales, Satisfactio autem  
pars integralis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

60.  
Solum peccatum mortale est materia necessaria.

*Scotus.*

Finius verbis Doctoris Subtilis 4. dist. 17. q. 1. n. 19. Continet etiam hoc preceptum. Quid debet confiteri, quia peccatum mortale, & non contineat aliud: nam per veniale nullus periclitatur extra navem Ecclesie: quia peccatum veniale fiat cum perfecta Charitate, que est navis salvans, & ideo ex prima institutione Poenitentie ut secunda tabule, non oportet aliquem ad eam configere pro re medea contra veniale, sed tantum contra mortale.

Quia ratio ne pecca tum morta le dicatur materia ne cessaria.

Dicitur ergo peccatum mortale materia necessaria, non quia sine illo nequeat confici hoc Sacramentum, contrarium enim patet ex prima parte Conclusionis; sed quia illud necessarium debet subjici Clavibus Ecclesie, directe remittendum per Absolutionem Sacramentalem, est etiam prius per Contritionem charitatem perfectam, aut per Absolutionem Sacramentalem indirecte foret remissum. Cetera huc pertinentia, alibi commodius explicabuntur, ubi de precepto, & integritate Confessionis. Impræsentiarum transeamus à materia remota usque materiam seu quasi materiam proximam hujus Sacramenti, pro qua instituo sequentem Conclusionem.

### CONCLUSIO III.

Quasi materia Sacramenti Poenitentiae sunt actus pœnitentis Contrito, Confessio, & Satisfactio. Contrito quidem & Confessio partes quasi essentiales, Satisfactio autem pars integralis.

61.  
Quare actus  
Poenitentis  
Contrito  
&c. vocen-  
tur materia  
proxima  
Sacramen-  
ti.

Probatur  
Concl. ex  
Conc. Flo-  
rent.

& Trident.

Hoc supp. ofto.

62.  
Satisfactio  
non est pars  
intrinsicæ

Vocantur illi actus materia proxima, quia immediatè applicant materiam remotam, & determinantur immediatè à forma. Nam, ut supra notavimus, Contrito Sacramentalis est dolor de peccato; Confessio accusatio de peccato, & Satisfactio vindicta de peccato: neque peccatum determinatur à forma, nisi cum debito dolore accusatum, & Poenitentia per Sacerdotem imposita vindicata; veluti aqua in Baptismate non determinatur à forma Baptismatis, nisi ut applicata per Ministrum.

Patet Conclusion ex Florentino in Decreto Eugenii ibi: Quartum Sacramentum est Pœnitentia, cuius quasi materia sunt actus penitentis, qui in tres distinguuntur partes. Quarum prima est cordis Contrito &c. Vide supra in principio Sectionis. Et ex Tridentino l. 14. c. 3. ibi: Sunt autem quasi materia huius Sacramenti ipsius poenitentis actus, nempe Contrito, Confessio, & Satisfactio.

Quod autem omnes hi actus non sint materia intrinsicæ & essentiales, nimis manifestum est, ut indigat probatione; nam quotquot

sunt Theologi, velint nolint fateri debent & Sacramentum Pœnitentiae essentialiter perfici posse, & sapientius, immo ordinariè perfici prius, non solum naturâ, sed etiam tempore, quam implatur Satisfactione. Quomodo ergo Satisfactione materia intrinseca, & essentialiter componentes Sacramentum Pœnitentiae? Immo quomodo materia, cum materia violatur debere præcedere formam, Satisfactione auctem ordinariè sit posterior formâ Absolutionis?

Respondeo; sufficit hâ ad materiam, quod hoc à forma suo modo determinetur, & quod hoc modo Sacramentum saltem integraliter componat, prout facit Satisfactione, dum à forma accipit virtutem delendi penas temporales ex opere operato, & ab ea contrahit necessitatem ut implatur.

Nonne etiam in aliis Sacramentis, v.g. Baptismo, Confirmatione &c. prius potest offerri forma, quam applicetur materia? Potest omnino; idque quia Sacraenta sunt res quædam morales, vel quasi artificiales, quæ diversum modum habent compositionis à rebus physicis & naturalibus. Quamquam & in compósito naturali, non semper omnes pars materia præcedant formam, ut patet in nomine v.g. qui post infusionem anima, per nutritionem accipit novas partes substantiales.

Fatetur, præter verba Absolutionis, requiri alia verba formalia, vel virtutalia, v.g. novus, venit, aut alia signa, quibus Satisfactione imponitur, neque tamen illa verba esse formam, & dico, potius pertinere ad materiam, ac intelligi sub nomine Satisfactionis, quo utique nomine non intelligitur opus pœnale secundum, sed, impositum à Confessario.

Determinatur porro illud opus, & à verbis, quibus imponitur, & à forma Absolutionis, sed diverso modo; nam per priam determinatur solum in tatione obligacionis, quia illa verba solum significant pœnitentem obligari à Confessario ad tale opus; non autem per tale opus liberari ex opere operato à pena temporali; sed hoc postremum significatur per formam Absolutionis; quippe per hac significat Sacerdos se liberare pœnitentem à peccatis quantum potest, id est, quoad culpam & pœnam temporalem restantem.

Verba itaque, quibus Pœnitentia imponitur, sunt quasi forma operis, impositi in ratione obligatorii, illud autem opus ita impositum, materia respectu forma Absolutionis, quæ est forma in ratione operis Satisfactionis ex opere operato, adeoque absolue formam Sacramenti.

Si dixeris, impositio pœna est sententia. Respondeo, inchoata; completa autem & perfecta, ipsa Absolutione, in tantum, ut si Pœnitentia nulla imponeretur, vel ex inadvertentia, vel quia subjectum non est capax, v.g. si ipso.

Si pœnitentis sit privatus usu rationis; nihilominus Absolutio valeat in ordine ad remissionem culpæ, quæ non potest pendere à conditione futura, ut infra latius explicabimus. Igitur siue Satisfactione hoc Sacramentum essentialiter subsistit, non tamen omnino seu integraliter completere. Nam finis Sacramenti est plena & perfecta peccati remissio, tam quoad culpam, quam quoad pœnam omnem temporalem, ad quem finem seu effectum requiriatur Satisfactione.

Hinc Tridentinum supræ: Qui (actus pœnitentis) quatenus in pœnitente ad integratatem Sacramenti, ad plenam & perfectam peccatorum remissionem, ex Dei institutione requiruntur, hanc ratione Pœnitentia partes dicuntur.

Ad integratatem, inquit, Sacramenti: adeoque ex his verbis neutiquam probatur, Contritionem, & Confessionem esse partes intrinsecè componentes hoc Sacramentum, quemadmodum ablutio v. g. est pars intrinsecè componentes Sacramentum Baptismi; nam eodem prorsus modo loquitur hic Concilium de Satisfactione, quam tamen, ex omnium iudicio, constat non esse talēm partem.

Et forte idcirco actus pœnitentis non similiter vocavit materia, sed cum addito: Quasi materia. Quamquam nonnulli putent, id factum fuisse; quia hi actus non sunt substantia sensibilis, veluti materia Baptismi, v. g. aquæ; materia Confirmationis; v. g. Chrismæ &c. Quidquid sit de hoc (nam peccata ipsa satiatis proprie, & vulgo vocantur) simpliciter materia, ita Confessionis, & non quasi materia; tamen eti non sunt substantia aliqua sensibilis) claram esse probatum est ex verbis jam allegatis, sive Concilii Florentini, sive Tridentini, non dico non evidenter inferri, sed ne obscurè quidem colligi, Contritionem aut Confessionem esse materiam intrinsecè componentem hoc Sacramentum; quippe æqualiter respiciunt Satisfactionem, qua tamen, communī calculo, non est talis pars.

Unde his Concilii non opponitur Scotus 4. dist. 16. q. 1. n. 7. dicens: De Pœnitentia Sacramento dico, quod ista tria (Contritio, Confessio, & Satisfactione) nullo modo sunt partes eius. Intelligit quippe partes essentiales, & intrinsecè componentes; ut patet ex probatione; quam subneicit: Quia, ut dictum est dist. 14. Pœnitentia Sacramentum est illa Absolutio Sacramentalis, facta certu verbi &c. Huius autem nulla pars est Contritio, que est quoddam spirituale in anima: neque Confessio, quia nihil est ipsius sententia; Sacerdotis; sed actus rei accusantis se; neque Satisfactione, sed sequitur illam Absolutionem Sacramentalem.

Et prolequitur: Hoc tamen tria ad Sacramentum Pœnitentia, ad hoc ut digne recipiatur, requiriuntur vel pravia, vel sequentia. Simpliciter enim requiritur Confessio; quia Sacerdos non absolvit

reum arbitriari, nisi prius reu sibi fuerit accusatus in foro illo. Non est etiam utilis illa Absolutio, nisi praecedat in consistente aliqua Contritio, vel Attributio. Partes istius distinctionis patent ex dictis supra; sufficit enim quod aliqua displicentia, licet informis, praecedat, & tunc ille capax est Absolutionis Sacramentalis: & per illam sit Contritio.

Satisfactio autem debet sequi Sacramentum Pœnitentie, ad hoc ut habeat efficaciam, & hoc in re, vel in ictu; nisi iudex posset pendere, illas penas alias praecedentes sufficere ad totalem penam solutionem. Ista enim sententia Sacerdotis sic absolvit, quod ramen ligat. Absolutio quidem à debito penae atone, sed ligat ad solutionem penæ temporalis, nisi sit sufficienter iam solata: ipsa etiam vel nullo modo absolvit, vel sollem non efficaciter, nisi ille reu sit in se debito modo dispositus, quia Sacramentum est signum Absolutionis interioris, qua interior non comitur, nisi sit debita dispositio in mente interiori.

Doctrina planè confona Concilio Tridentino, quod non simpliciter assertit, illa tria esse partes Sacramenti Pœnitentie (unde bene id negatur à Scoto) sed cum hac limitatione: Quatenus in pœnitente ad integratatem Sacramenti, ad plenam & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur. Et vero quid aliud Scotus clamat quam illa tria ex institutione Dei requiri ad integratatem Sacramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remissionem, tam quoad culpam, quam quoad omnem pœnam temporalem? Verba ejus sunt apertissima.

Et quamvis non dicat, hæc ratione partes Pœnitentia appellari posse, etiam non negat, aut proh ibet sic appellari. Sed neque Concilium Florentinum sic appellat; sed inquit: Cuius (Sacramenti Pœnitentia) quasi materia sunt actus pœnitentis, qui in tres distinguuntur partes: illas autem tres partes, esse partes & maximè intrinsecas ipsius Sacramenti, nullum verbum vel remotè significat præter illud,

Quasi materia.

Quantum ergo ad rem ipsam attinet, comiuniter omnes Catholicæ in hoc conveniunt, quod Sacramentum Pœnitentie non solùm illicet, sed prorsus invalidè ministretur, ubi nullus præcessit dolor in pœnitente, aut certè nulla Confessio; validè autem, tametsi bona aut malæ fide nulla omnino injungatur Satisfactione.

Sacramentum Pœnitentie non solùm abique dolore & confessione est invalidum, fecit sine satisfactione.

An idea Contritio & Confessio debent vñ cari partes intrinsecè componentes?

mentaliter significet, veluti ad omnia Sacra-  
menta requiritur intentio Ministri faciendo,  
quod facit Ecclesia, & alia plura, de quibus  
egimus disp. 1. sect. 1. concl. 1.

69. Quæstio  
pro maxi-  
ma parte est  
de nomine.  
Probatur  
modus lo-  
quendi Do-  
ctor. Subt.  
qui negat.

Quæstus ergo pro maxima parte est de no-  
mine: in qua malum loqui cum Scoto, &  
dicere, Pénitentiam Sacramentum in recto  
solum importare Absolutionem Sacramen-  
talem, connotando in obliquo cetera omnia  
per modum conditionum prærequisitarum.  
Ratio est; quia hoc Sacramentum est institu-  
tum per modum condonationis & remissio-  
nis; quando autem unus homo condonat of-  
fensam aut debitum alteri, tota activitas &  
efficiencia videtur esse in ipsa condonatione,  
& licet ad ejus valorem prærequiratur debitum,  
vel offensa condonanda, illud tamen  
prærequisitum videtur se habere ex parte ma-  
teria, non ex parte efficiencia.

Unde concipiendō activitatem hujus Sa-  
cramenti per speciem illius remissionis huma-  
nae, videtur concipiēre totam activitatem te-  
nentem se ex parte Absolutionis & remissio-  
nis; & licet reverā Absolutionis verba non ha-  
beant ex se efficaciam completam, quando non  
præcedit Confessio, & alia requisita, concipi-  
imus tamen ex parte modi concipiendi illa  
omnia per speciem dispositionum; unde cùm  
in usurpatione nominum sequamur plerumq;  
modum concipiendi, & habeamus similem  
modum significandi, non mirum, si per hoc  
Sacramentum significamus directè solam Ab-  
solutionem, connotando in obliquo cetera  
omnia. Ita discurrat Lugo disp. 12. n. 58.

Quapropter non possum fati mirari, quod  
apud eundem Autorem lego ibidem n. 20.  
Scoti sententiam, negantem illas esse partes in-  
trinsecas, sed solum requiri tanquam dispositio-  
nes, non pauci Theologi graviori censurā af-  
ficunt. Cajet. infra q. 9. art. 2. ait, esse  
erroneam: Alii dicunt esse temerariam: Alii  
plū quam temerariam.

Alii in bonum sensum conantur verba Scoti  
trahere, ut Angles, qui dicit, Scotum non  
negasse illas esse partes intrinsecas; sed solum  
negasse esse proprię materiam, quod videtur  
juxta modum loquendi Florentini & Tridenti-  
ni, ubi dicitur illa quasi materia. Alii  
dicunt Scotum velle, quod Sacramentum non  
supponat in recto pro illis, sed solum pro Ab-  
solutione, connotando alias partes in obli-  
quo. Alii ut Vega 13. in Trident. cap. 15.  
quod Scotus non negat illas esse partes inte-  
grales; sed solum negat esse partes essentiales.  
Haec tamen explicationes difficilē aptantur  
Scoti verbis, ut consideranti patebit. Huc-  
usque Eminent. qui si bene considerasset ver-  
ba Scoti, facile ipis aptasset duas postremas  
explications.

70. Censur,  
quibus ali-  
qui inme-  
riti affi-  
unt mo-  
dum lo-  
quendi Scoti,  
Angli.

71. Longe di-

Præclarè Dicastillo hic disp. 4. n. 28. Sco-  
tus, inquit, in 4. dist. 14. docet, totam  
remissionem peccatorum, omnes admittunt:  
Quorum remissoris peccata, inquit Christus inno-  
cet, ut patet ex definitione Sacramenti:  
*Sigillum praticum gratia.*

essentiam illius (Sacramenti Pénitentia) esse in Absolutione à peccatis. Probat; quia sola remissionem peccatorum significat. Unde consequenter dist. 16. q. 1. docet, *Confessionem, Satisfactionem esse quicunq; necessarias ad hoc Sacramentum; duas priores remissiones peccatorum significant.* Unde con-  
sequenter dist. 16. q. 1. docet, *Confessionem, Satisfactionem, Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, non est fundatum in Sacra Scriptura, nec in antiquis sanctis Christianis Doctoribus.* Non enim erat quæstus Lutheri de nomine partis, sed de re ipsa, an videlicet illa tria essentia ad veram pénitentiam, qualem Christus instituit in nova Lege, ut patet ex articulis sequentibus.

Et reverā, si, ut Cardinalis suprà admittit, hæc tria conceptiuntur per speciem dispositio-  
num, & non partium (estò partes forent) quid reprehensione dignum in Scoto, quid partes negaverit, & dispositio sine requisita affi-  
maverit? Quippe locutus fuit secundum id, quod concipiēbat. An forte mentiendam ipsi erat, & aliter loquendum, quād mente cor-  
cipiebat?

Sed dicit Aliquis cum Lugo super n. 59.  
Hoc Sacramentum institutum est à Christo per modum judicij: judicium autem huma-  
num intrinsecè constat non solum ex sententi-  
Judicis, sed ex aliis actibus judicibus, si-  
licet accusatione & examine, confessione &c.

Respondeo, & retorquo argumentum. Se-  
cramentum hoc institutum est à Christo per modum judicij: judicium autem huma-  
num essentiale & in recto solum dicit senten-  
tiā Iudicis, per quam absolvitur, vel con-  
demnatur reus, reliqua in obliquo connotat,  
tanquam necessaria prærequisita, ut possit u-  
sta ferri sententia.

Sanè nemo dubitat, solam sententiam  
judicij humano significare absolucionem  
vel condemnationem: ergo similiter in judi-  
cio Sacrali, sola sententia Sacerdotis  
significat remissionem peccatorum, & per  
consequens ipsa sola causat remissionem pec-  
catorum, qui proprium est Sacramentis cau-  
sare, quod significant; nam significando cau-  
sant, ut patet ex definitione Sacramenti:  
*Sigillum praticum gratia.*

Quod autem sententia Sacerdotis significet remissionem peccatorum, omnes admittunt: Sacerdotis  
Significatio remissionis peccatorum, omnes admittunt: Sacerdotis  
Quorum remissoris peccata, inquit Christus inno-  
cet, ut patet ex definitione Sacramenti:  
*Joan. 30.*

Joan. 20. remittuntur eis &c. Et verò quid aliud significant illa verba: *Ego te absolyo à peccatis tuis?* Doceit Sancta Synodus (Tridentina) Sacramenti Pœnitentia formam, in qua præcipue ipsius vis sita est, in illis ministri verbis possumus esse: *Ego te absolyo &c.* sif. 14. c. 3. Rogas quæ sit illa vis? Infrà explicat dicens: *Sanè res & effectus huius Sacramenti, quantum ad eius vim & efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo.*

Nec obstat ly præcipue, in quo fundant se Adversarii, quali Concilium per illud voluisse significare, vim Sacramenti etiam in aliquo alio, præter formam, sitam esse; videlicet in Contritione, & Confessione. Non obstat, inquam, nam duplex responsio adhiberi potest.

Prima: Vis Sacramenti Pœnitentia præcipue consitit in remissione culpæ, sive in reconciliatione cum Deo, ut patet ex verbis Tridentini mos allegatis; haec autem consitit in sola absolutione sive sententia Iudicis, iura illud Trident. eadem sif. c. 2. Ante hoc misericordiam tanquam reos sibi voluit, ut per Sacerdotum (tentianti), non semel, sed quoties ab admisso peccato ad ipsum pœnitentes configerent, possent liberi. Non aut, per Contritionem, aut per Confessionem possent liberari, sed, per Sacerdotum sententiam; ergo ipsa sola est, quæ lia beat.

Bodem modo loquitur cap. 5. ibi: *Ad quos omnia mortalia crimina deserantur, in qua Christi fideli coiderint, quod pro potestate Clavium remissio, aut retentionis peccatorum sententiam pronunciant.* Ubi rursus sibi tentientis adscribit remissionem, aut retentionem peccatorum.

Et cap. 6. in fine (quod bene notandum Aliud est) Absolutionem vocat actum judicialeum: *Quamvis Absolutio Sacerdotis, alieni beneficii suis, si dispensatio; etiam non est solum nudum ministerium, vel annunciations Euangelium, vel declarandi templa ejus peccata; sed ad infar actus iudicialeus, quo ab ipso retinetur iudice, sententia pronunciatur.* Similiter can. 9. *Si quis dixerit, Absolucionem Sacramentalē Sacerdotis non esse actum iudicialeum & anathema sit.*

Sed nunquid alicubi vocat Contritionem aut Confessionem actum judicialeum, aut anathema dicit illis, qui contrarium docuerint? Nullibi profecto. Igitur in forma seu sententiæ præcipue sita est vis hujus Sacramenti, id est, præcipue vis sita est, puta remissio peccatorum quoad culpam. Interim vis secundaria, id est, remissio culpæ quoad pœnam temporalem restantem, etiam suo modo consitit in Satisfactione, quatenus per Claves elevarat.

Secunda responsio erit; vim hujus Sacramenti præcipue sitam esse in forma, quatenus, nisi sola operetur, & ex opere operato confusat remissionem peccatorum quoad culpam, quidem operati nequit sine applicatione

objecti per dolorosam Confessionem: veluti <sup>est culpam,</sup> precipua vis operandi, in causa dicitur con- <sup>non tamē</sup>  
fister, et si non sine applicatione. Constat, in- <sup>sine applica-</sup>  
quit Trident. sif. 14. c. 5. *Sacerdotes indicium* <sup>tione objec-</sup>  
*hoc, incognita causâ, exercere non potuisse.* Ubi <sup>ti per dolo-</sup>  
clarè distinguunt judicium à cognitione cause, <sup>lam Confessionem,</sup>  
addeoque à Confessione, qua tantum est ne- <sup>Conc. Trid.</sup>  
cessaria ad cognitionem causa, eo quod de  
facto homines non communient, nisi signis  
sensibilibus.

Et licet Sacerdos per revelationem, aut aliis cognoscet omnia peccata pœnitentis, equidem requiritur Christus Confessionem, tanquam medium ordinariæ necessarium, nec voluit ut aliter Sacerdos posset judicium hoc exercere. Quamquam aliquando in judiciis humanis, quando crimen sufficienter notum est judicis, absque Confessione rei sententia Absolutionis, vel condemnationis soleat pronunciari.

Interim regulariter etiam in his judiciis requiritur accusatio, vel jure nature, quando caula aliquoquin est incognita, vel certe jure positiivo; non quasi in ipsa accusatione sita sit formaliter aliqua vis Absolutionis, aut condemnationis; sed ut iudex ritè judicium exercat pronunciando sententiam, in qua forma litera consitit tota vis.

Immo aliquando magis necessariò concurrit prævia satisfactio partis laicæ; quæ tamen in hoc Sacramento, seu iudicio Sacramentali, nunquam debet præcedere; nec ad essentiam requiritur, quod sequatur. Addeoque non in omnibus rectè argumentamur ab uno iudicio ad aliud, ut ex pluribus aliis in progressu clavis apparebit.

Ceterum fatetur Lugo suprà n. 60, argumentum suum, desumptum ex iudicio humano, non probate, quod dolor importetur in recto per hoc Sacramentum; cum ipse, inquit, non sit actus judicialis, nec pars aliorum iudiciorum.

Proinde aliud argumentum subjungit di- 78. cens: Cùm hoc Sacramentum institutum etiam Aliud argu- mentum Lugonis,  
modum reconciliationis, unde aliquando hoc nomine soler appellari, apprehendimus etiam illud per species reconciliationis humanae, quæ procul dubio constat ex voluntaria utriusque quasi revocatione, non solum ex parte offendit, sed etiam ex parte offendit, qui eo ipso retractat offendit: reconciliari enim, est utrumque redire illuc, unde voluntarie discesserat.

Respondeo; revocationem offendit, tan- 79. tum esse quid præviu seu dispositivum ad revocationem offendit, quæ est formalissime reconciliatio seu remissio offendit, adeo ut, si Deus vellet, posset remittere peccatum, & hominem sibi reconciliare, absque ulla revo- catione prævia offendit.

Concilium Trident. sif. 14. c. 4. *Contrito,* 79.  
inquit,

Probatio ex Trident. inquit, que primum locum inter dictos pénitentis actua habet, animi dolor ac detestatio est de peccato commissio, cum proposito non peccandi de cetero. Fuit autem quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic Contritionis motus necessarius, & in homine, post Baptismum lapsi, ita demum preparat ( id est, disponit ) ad remissionem peccatorum, si cum fiducia divina misericordie, & voto prestandi reliqua, coniunctus sit, que ad ritu suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur.

Et infra: Doceat praterea, et si Contritionem habeat aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemq. Deo reconciliari, prouiduam hoc Sacramentum actu suscipiat; ipsam nihilominus reconciliationem, ipsi Contritioni sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam. Quis non videt, interrogant Nonnulli, in istis verbis Concilium distingue inter Sacramentum, & Contritionem? Quomodo ergo Contrito importatur in recto, & est pars essentialis Sacramenti?

Respondent Alii: loquitur Concilium de Contritione seorsim, id est ut non subest forme seu Absolutionis Sacramentali, & inducere sic non est pars essentialis Sacramenti; neque importatur in recto, & optimè distinguitur à Sacramento. quamvis ut conjuncta forme, id est, ut subest forma, possit & debet dici pars essentialis.

Veluti si quis diceret: Ablatio pueri, antequam Sacramentum Baptismi actu suscipiat, non causat remissionem peccati originali, ex illa locutione non bene infertur; ergo ablilio pueri non est pars essentialis Sacramenti Baptismi, neque importatur in recto.

Optima responso ad postrema verba Concilii. Sed quid ad prima? Num aliquando legitur in aliquo Concilio, Ablutio ita determinat preparat ad remissionem peccati originalis, si cum fiducia divina misericordie, & voto prestandi reliqua coniuncta sit, quae ad ritu suscipiendum Sacramentum Baptismi requiruntur?

Deinde Tridentinum cap. 4. citato: Declarat Contritionem imperfectam non solum non facere bonum hypocritam, & magis peccatorem, verum etiam Dei donum esse &c. Et quoniam sine Sacramento Pénitentia per se ad iustificationem producere peccatorem negusat, tamen cum ad Dei gratiam in Sacramento Pénitentia impetrandam disponi. Nunquid & ibi loquitur de Contritione seorsim, id est, ut non subest forma? Num uspiam aliquod Concilium dixit, ablutionem disponere ad impetrandam Dei gratiam in Sacramento Baptismi?

Responderi posset, si nullum Concilium, saltem Scotus 4. dist. 1. q. 5. n. 17. ibi: Ad primum dico, quod aqua abluit cor, id est, animam, non quidem causando dispositionem medium inter ipsam, & gratiam abuentem, sed abluit tanquam dispositio proxima & immediata ad gratiam. Et

verò ubi abluit, tanquam dispositio proxima, id est, ubi disponit proxime ad gratiam, nū in Sacramento Baptismi?

Utcumque ergo sit de hoc argumento, quod laborat in nomine, de re ipa docet Concilium Trident. sess. 7. de Sacramentis in genere can. 6. Sacramenta novae Legis contineant gratiam, quam significant, & gratiam ipsam non ponentibus obsecem conferre. Si te quaero Contrito est Sacramentum, aut pars essentialis Sacramenti, oportet non solum disponit, sed revera significet, & conferat gratiam remissivam peccatorum, idque ex opere operato. Et idem argumentum fieri potest de Confessione. Ubi autem Christus instituit Confessionem vel Confessionem, ad significandam & causandam gratiam ex opere operato, planè ignoro.

Alioquin, dicet aliquis, ipse penitens forsan partialis minister hujus Sacramenti, sciat in Sacramento Baptismi, supposito quod sic esset institutum, quod plures possent eundem baptizare, unus applicando materiam, alter proferendo formam, qui ablueret forsan partialis minister Baptismi: & per consequens, veluti ille, qui tunc ablueret, recte diceretur baptizare, & conferre gratiam per Baptismum, ita de facto recte diceretur, penitens seipsum absolvere, & sibi ipsi conferre gratiam remissoris peccatorum.

Respondet Lugo supra n. 29. non requiritur, quod omnes Sacramenti partes cauelat gratiam; sed sufficit, quod illam cauelat Sacramentum per aliquam sui partem: hoc autem Sacramentum causat gratiam per solam Abolutionem Sacerdotis, in quo est potestas Clavij ad absolvendum, & ad destruenda peccata. Sicut, inquit Suarez disp. 18. lcc. 2. n. 12. in naturalibus materia est de essentia ignis, quamvis tota activitas sit in forma.

Sed contraria: essentia Sacramenti non est in aliud, quam practica significatio gratiae, id est, significatio & efficiencia gratiae, & ideo, quod non efficit gratiam, neque est Sacramentum, neque pars essentialis Sacramenti. At verò essentia ignis non est activitas, & ideo materia potest esse de essentia eius, et ratio activitas sit in forma.

Deinde si Sacramentum Pénitentia per solam formam significat & causat gratiam; quinid etiam Baptismus, Confirmatio &c, non est enim major ratio de uno Sacramento, quam de alio, si omnia constant aequaliter materia & forma, ut patibus essentialibus intrinsecè componentibus. Si ergo sola Abolution significat, & causat gratiam ex opere operato, dico ego, illam solam formaliter & essentialiter esse Sacramentum, cum ipsi foli conveniat essentialis & formalis ratio Sacramenti.

Illam autem solam significare, & causare gratiam

81.  
Kuspian  
aliquod  
Conc. dixit  
ablutio  
nem in Ba-  
ptismo pra-  
parare ad  
temissio-  
nem peccati  
originalis,

aut dispo-  
nere ad im-  
petrandam  
Dei gratiam  
in Sacra-  
mento Ba-  
ptismi.

gratiam ex opere operato, docet cum Scoto Andreas Vega (qui interfuit Concilio Trid.) de Jufis, lib. 13. c. 15. dicens: Verifissimum est, quidquid Aliſtentant, quod Doctor Subtilis, & communis Nominalium Schola defendit, folius Absolutionis virtute, peccatoribus conferri gratiam pœnitentibus. Nam Claves folis Sacerdotibus collatae sunt, & foli ipsi debent remittere peccata, & per eorum Abſolutionem confertur gratia confessis, abſentibus omnibus alijs actibus ipsorum pœnitentium. Et folia Abſolutio eſt ſignum gratia, & gratia ratione aliorum actuum conſeſſa, datur propter opus operantis. Hæc ille,

Et post pauca: Neque sic ponimus hæc (Contributionem, Confessionem, & Satisfactionem & nem) eſt partes hujus Sacramenti, quasi Deus illis omnibus utatur, ut ſignis & instrumentis efficacibus ad præſtantam remiſſionem peccatorum, aut quia omnia illa ſint eſſentiales ipsius partes, & ad eſſentiam ipsius requirantur, ſicut anima requiritur ad eſſentiam hominis. Nam ut prius (ſcilicet eſt ſignum & instrumentum efficax remiſſionis peccatorum) folia Abſolutioni; ita hoc posterius (ſcilicet eſt partes eſſentiales) folia profecto Confessione & Abſolutioni convenient. Huc uero Vega.

Sed (ſalvâ pace ipsius) si Deus non uitetur Confessione ut ſigno & instrumento efficaci ad præſtantam remiſſionem peccatorum, quomodo erit pars eſſentialis Sacramenti Pœnitentie, quod non eſt aliud quam ſignum & instrumentum efficax ad præſtantam remiſſionem peccatorum? Nunquid applicato cauſe eiſi pars eſſentialis ipius cauſa, ſicut anima eſt pars eſſentialis hominis? Nemo ſi loquitur, quavis ſit aliiquid necessarium requiſitum, ut cauſa producat ſuum effectum. Ergo conſimiliter Confessio, quæ non eſt aliud, quam applicata materia circa quam, nec debet, nec potest proprie dici pars eſſentialis Sacramenti Pœnitentie; fed ſolummodo aliiquid eſſentialiter prærequisitum, id eſt, tale prærequisitum, ſin' quo eſſentia Sacramenti non potest subſtitueri.

Vega ſuprā ſic ait: Præter partes eſſentiales, ſunt etiam aliquiſ torus aliquæ tantum integrales partes, ad perfectionem ipsius & integritatem concurrentes, ſicut oculus, lingua, digitus, integrales partes dicuntur homini, quia ad integratorem ipsius & perfectionem concurrunt, licet ſinē ipsi poſſit homo conſistere. Et tales partes hujus Sacramenti ſunt Satisfactione, cefatio à peccatis, & Contrito, etiam modo largè accipiantur, & comprehendantur ſub ſe quicunque, & qualemcumque dolorem de iſiſ. Haec enī Vega.

Restat quidem, quantum ad Satisfactionem & cefationem à peccatis; perperam autem,

quantum ad Contritionem, ſi intelligat, nullum omnino dolorem eſe necessarium, ut ſubſtitutus eſſentia Sacramenti Pœnitentie, cū, teſte Trident. feli. 14. cap. 4. quovis tem- Conc. Trid. pore fuerit neceſſarius motus Contritionis, ad impetrandam veniam peccatorum, etiam in ipſo Sacramento Pœnitentie; nam circa finem illius capituli ita legitur: Quamobrem fallo Quidam calvinianus Catholicos Scriptores, quasi tradiderint Sacramentum Pœnitentie; abſque bono motu ſupcipientum (per queſto intelligitur Contrito, ut patet ex contextu) gratiam conſer- re: quod nunquam Ecclesia Dei doctit, nec ſenſit.

Fortè Vega ſuit in lententia qua docet, dari Sacramentum Pœnitentie validum & informe, ut videtur innuere verbis immēdiatè ſubsequentibus. Hec, inquit, tria re- quisita ſunt ad Sacramentum hujus perfectionem & integratorem, & ut pleq; & perfecțe ha- beatur effectus iſiſ. Unde ſinē his non cen- ſetur quiſ perfecțe pœnitere.

Sed de hac opinione inſtra, ubi de dolore sacramentali. Ad præſens propositum ſufficit, Deum neque Contritione, neque Confessione uti, ut ſignis & instrumentis efficacibus ad præſtantam remiſſionem peccatorum. Ex quo Antecedente puto ſatis efficaciter inferri: ergo neque Coſtrito, neque Confessio ſunt partes eſſentialies Sacramenti Pœnitentie, eo modo, quo abſlutio v.g. eſt pars eſſentialis Sacra- menti Baptismatis.

Hinc Suanus ſuprā, utpote nobis Adverſarius, negat totam ſignificationem eſt in forma; quia, inquit, licet verba formæ diſtinctiū ſignificant totum effectum, tamen etiam actus pœnitentis ſuam habent ſigni- ficatiū: nam ſigna Contritionis ſunt etiam ſigna interioris remiſſionis, & per Con- fessionem ſignificatur, quod ſicut peccata ex- teriū manifestantur, ita etiam ab anima ipſa excludantur. Satisfactione etiam aperte ſigni- facat remiſſionem pœnitentie.

Respondeo, per Contritionem, Confessio- nem, & Satisfactionem non magis ſignificari remiſſionem peccatorum, quam per orationem v.g. quā homo petit auxilium ad bene ſuſcipiendum hoc Sacramentum.

Sola itaque Abſolutio eſt, quæ aſſumitur ad ſignificantiam gratiam remiſſivam peccatorum. Veluti in iudicio humano, accusatio non aſſumitur ad ſignificantiam remiſſionem, ſed ad informandum Iudicem de cauſa, quo pro po- tentate sua, ſecundūm æquitatem, Abſolutio- nis, aut condemnationis ſententiam pronun- ciat; quæ proinde ſola ſignificat remiſſionem, aut condemnationem.

Aliud eſt de abſolutione in Baptismo; quippe per illas fortes corporis abſterguntur, ac pro- inde rectiſſime aſſumitur, & aſſumpta conſe- tur à Christo, ad ſignificantiam abſtergionem ſordium anime.

iii Atque

89.  
Præterea  
doceat Sua-  
rez., omnes  
partes ma-  
teriales hu-  
jus Sacra-  
menti ha-  
bent vim  
activam,

Arque gratis admissa, quod Contrito, Confessio, & Satisfactione significarent remissionem peccatorum, non sufficit ad rationem Sacramenti nova Legis significare, sed oportet efficer ex opere operare, quod significatur. Quod prolbè intelligens Suarius suprà n. 13. affirmat, omnes partes materiales hujus Sacramenti, habent vim activam. Et ita, inquit, facile solvitur argumentum Scoti, negando Assumptionem.

Proflus facile solvitur, si affirmare efficaciam, idem est, quod illam probare; sed quia difficulter illa probatur, ideo difficilè solvitur argumentum Scoti, negando Assumptionem. Vis autem videre, quād difficulter Suarius proberet hanc efficaciam?

Supponit in primis, ante Absolutionem perfectam hoc Sacramentum nullum habere effectum ex opere operato, quia nondum est Sacramentum, licet sit.

Ex quo infert Confessionem, cūm prius sit omnoī absoluta, quād perficiatur, immo quād inchoetur Absolutio, per seipsum proximè & immediatè non efficere loquitur in sententia, qua Sacramentis tribuit causalitatem physicam) quia cūm est effectus, iam ipsa non est; & ita solum denominabitur efficere ipsum totum, quod constat Confessione, & Absolutione, quamvis revera efficacia procedat ab Absolutione inmediatè, sicut etiam tota forma dicitur efficere, quamvis tantum efficiat secundū ultimam sui partem.

Satisfactione etiam, que tempore est posterior, quād Absolutio, non potest se immediatè concurrens ad gratiam, qua data est tempore Absolutionis; efficit tamen remissionem peccata temporalia, quam ex opere operato confert: sed illa tantum potest esse moralis efficientia, non physica, quia hæc peccata remissio nihil physicum ponit in homine; sed moraliter tantum sit. Si autem ratione Satisfactionis datur aliqua gratia ex opere operato, illam posset hæc pars propriè & per se efficere, quid autem in hoc sentendum sit, dicam infra in materia de Satisfactione.

Solum ergo potest esse quæstio de Contributione, de qua, si tempore antecedat Absolutionem, eadem ratio est, qua de Confessione; si vero simul concurrat cum ipsa Absolutione, probabile est habere Sacramentalē efficientiam ex opere operato: & de hac potissimum loquitur D. Thomas. Hucusque Suarius n. 14. & 15.

91.  
& probat  
ex Conc.  
Trident.

Sed quæro ego; quo fundamento id est probabile? Non nihil faveat, inquit n. 13. Concilium Trid. suprà, dicens, præcipuum vim hujus Sacramenti positam esse in forma; iudicat ergo aliquam vim esse in materia. Et argumentum sumi potest ex aliis Sacramentis à paritate rationis. Ecce tota probatio, excepta auctoritate D. Thomæ, & aliorum Doctorum, quos ibidem allegat.

& à paritate  
rationis ex  
aliis Sacra-  
mentis.

Quidquid sit de auctoritate D. Thomæ, & aliorum Doctorum, cui opponimus auctoritatem Scoti, & omnium Scotorum, bene dictum Suarez: Non nihil faveat Tridentum; quia commode explicari potest, ut suprà vidimus, de vi aliqua ex opere operato, non respectu gratis seu remissionis culpas, sed respectu remissionis peccata. vel de vi aliqua ex opere operantis, seu opere applicante, simili illi, quem habet applicatio causa, v. g. ignis, respectu combustionis ligni. Adeoque locum hic habere posset communis dictum: Quid parvum est, pro nihil reputatur.

Venio ad argumentum, quod sumi potest, secundū Suarium, ex aliis Sacramentis à paritate rationis. Et quæro, remissio culpe sit in Baptismo virtute absolutionis subsequens formam? Nemo dubitat. Quæro rursus, Contrito aut Confessio, subsequens formam Absolutionis, causat remissionem culpe ex opere operato? Nemo audet assertere. Quæ non, quandoquidem, secundū Suarium, posse sumi argumentum ex aliis Sacramentis à paritate rationis?

Hoc igitur est signum manifestissimum distinctionis rationis inter materias aliorum Sacramentorum, v. g. Baptismi, Confirmationis, Extremæ Unctionis, & Ordinationis, que intrinsecè & essentialiter componuntur ex materia & forma, & materiam Sacramenti Penitentiae, quod Contrito & Confessio necessario presupponantur formam Absolutionis; ablatio autem, unicuius, traditio instrumentorum & sive sequanter, sive præcedant formam, eadem habeant vim ex opere operato in ordine ad remissionem peccati, aut collationem argumenti gratia sanctificantis.

Itaque Contrito & Confessio, sunt tantum aliqua prærequisita, vñluti intentio ministri, aut suscipiens Sacramentum, & alia plura, ut forma subsequens posset Sacramentaliter significare. Materia autem propriè dicitur intrinseca & essentialiter component, perinde est sive præcedat, sive sequatur formam, dummodo morale aliquam inter se habeant connexionem.

Ex quo confessio solvitur aliud argumentum contra nostram doctrinam, quod desumitur ex Concilio Florentino in Decreto Eugenii IV. ibi: Hæc omnia Sacramenta tripla perficiuntur, rite videlicet rebus tangentiæ materia, verbis tangentiæ formâ, & persona ministri conferentes Sacramentum, cum intentione faciendo, quod facit Ecclesia. Et Concil. Trid. sess. 14. c. 2. in principio: Ceteram hoc Sacramentum (Penitentie) in multis à Baptismo diffire dignoscitur: nam praeterquam quod materia & formâ, quibus Sacramentum efficiens perficitur, longissime disidet &c. Ergo, inferunt Adversarii, Sacramentum Penitentiae perficitur materia & formâ: Non alia materia, quād Constitutione, Confessione & Satisfactione.

Satisfactione; ergo actus pœnitentis, jam  
enunciati, sunt materia intrinseca.

Respondeo neg. ultimam Conseq. Nam, ut  
liquidum confit ex verbis Florentini, etiam  
per sona Ministri perficitur Sacramentum, non  
ut parte essentiali & intrinsecè componentem;  
sed ut causa extrinsecè. Et que clarior instan-  
tia, quam Satisfactione, que est materia seu  
quasi materia Sacramenti Pœnitentie, ut ambo  
Concilia docent, & requirunt ad plenam &  
perfectam peccatorum remissionem juxta  
Concilium Trid. & tamen non est materia  
essentialiter & intrinsecè constitutus hoc Sa-  
cramentum? Vide que diximus de hoc argu-  
mento disp. 1. sec. 3. concl. 1.

Argumentaris rursum: tres isti actus sunt  
partes Sacramenti Pœnitentie, sed non sunt  
partes Absolutionis sacramentalis; ergo ipsa  
non est Sacramentum Pœnitentie; sed  
compositum quoddam ex illis actibus, &  
Absolutione.

Respondeo; Concilium Florentinum non  
vocat illos actus partes Pœnitentie, sed inquit;  
Quæ materia sunt actus pœnitentis, qui in tres partes  
distinguishuntur. Unde sunt partes non ipsius Sa-  
cramentum, sed quasi materia Sacramenti.

Quando autem Tridentinum vocat illos  
tres partes Pœnitentie, per Pœnitentiam non  
intelligit præcisè Sacramentum Pœnitentie,  
sed totum iudicium Sacramentale, quod pre-  
suppositive consistit in Contritione, Confes-  
sione & voluntate satisfaciendi; formaliter in  
sententia Iudicis, id est, Absolutione; & con-  
secutivè in actuali Satisfactione. Et vero si  
placeat totum illud compositum morale voca-  
re Sacramentum, eo quod aliqua illius pars si-  
gificet, & causet gratiam in opere operato,  
per me licet, propter ea nihil mutabitur in re.

Ceterum si à me queritur, an ergo Sacra-  
mentum Pœnitentie non constet aliquam mate-  
riam intrinsecam? Respondeo, duplice posse  
considerari compositionem in Sacramento.  
Prima est ex signo & significazione; nam in  
omni Sacramento inventitur id, quod assumitur  
ad significandam gratiam, & ipsa significatio  
seu institutio a potest significativa, & in hoc  
seni Sacramento Pœnitentie habet mate-  
riam intrinsecam. Et que illa? Verba Absolu-  
tionis, que à Christo assumpta sunt & instituta  
ad significandam, & efficiendam remissionem  
peccatorum.

Alia compositione potest considerari in ipsa re,  
qua assumitur ad significandam gratiam, &  
efficiendam; v.g. in Baptismo, res significans  
& efficiens, componitur ex ablatione tanquam  
materiæ, & verbis: Ego te baptizo &c. tanquam  
formæ. Ex secundum hanc considerationem,  
in sententia Scotti, Sacramentum Pœnitentie  
non habet materiam intrinsecam, quandoque-  
dem sola forma Absolutionis significet, & effi-  
ciat remissionem peccatorum ex opere operato;  
quamvis ut efficiat, requirantur actus pœnitentie,  
qui idcirco dicuntur partes Pœnitentie,  
non intrinsecè componentes; sed extrinsecè  
circumstantes; ut sic loquerat.

Meminerunt autem Concilia materia ex-  
trinsecæ, quia notitia illius plane necessaria  
erat ad instructionem ministri, & pœnitentis.  
Quæ Coda  
est. mem-  
berit me-  
teie extra-  
fica.

Arguis rursum; Concilia tantum enumerant  
tres partes Pœnitentie. Respondeo, materiales  
vel quasi materiales: Quæ materia, inquit Flo-  
rentinum, sunt actus pœnitentis, qui in tres distin-  
guuntur partes. Similiter Trident. postquam  
divisit quasi materiam hujus Sacramenti, in  
Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem,  
scil. 14. c. 3. in forma præcipue vis hujus Sa-  
cramenti sita sit.

## SECTIO TERTIA.

### De Forma Sacramenti Pœnitentia.

**F**orma Sacramenti Pœnitentie, si  
non tota essentia (ut existimat Scottus), & nos cum illo docuimus factum  
præcedenti concilii, saltem communis  
calculo est pars essentialis ejus, id-  
que præcipua, quemadmodum forma physica,  
est pars essentialis, & præcipua compotiti physi-  
ci. Nec mirum, cum, teste Concilio Trid.  
scil. 14. c. 3. in forma præcipue vis hujus Sa-  
cramenti sita sit.

Si dixeris; hoc Sacramentum vocatur Pœ-  
nitentia. Respondeo, etiam appellatur Absolu-  
tio & reconciliatio; Pœnitentia quidem à  
parte materiali, aut quasi materiali, veluti

An Sacra-  
mentum  
Pœnitentie  
non constet  
aliquam ma-  
teriam intrin-  
secam?

96.

97.

98.

99.

100.

101.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.

255.

256.

257.

258.

259.

260.

261.

262.

263.

264.

265.

266.

267.

268.

269.

270.

271.

272.

273.

274.

275.

276.

277.

278.

279.

280.

281.

282.

283.

284.

285.

286.

287.

288.

289.

290.

291.

292.

293.

294.

295.

296.

297.

298.

299.

300.

301.

302.

303.

304.

305.

306.

307.

308.

309.

310.

311.

312.

313.

314.

315.

316.

317.

318.

319.

320.

321.

322.

323.

324.

325.

326.

327.

328.

329.

330.

331.

332.

333.

334